BLOOMSBURY MANOR.

The ensuing document may, perhaps, prove of use to the London historian. It is certainly exceptional in character, and, from the handwriting, apparently belongs to the reign of Edward III. The official "descriptive slip" thus defines its contents :— "Statement of the title to the manor of Blomondesbury from the time of Henry III, who acquired it by the forfeiture of Thomas Viel, citizen of London, and granted it in the 49th year of his reign to William Belet. The title is deduced to John Padbury in right of his wife Alice, sister and heir of Nicholas son of Roger de Bedefeld; the inquisition on which Nicholas, it appears by the *Calendar* [Inq. p.m. 21 Edw. III, No. 39] Vol. ii, p. 134, was taken 21 Edward III, some time after which the document was prepared. Mention in it, also, of lands in Leyton in Essex and Kentish-town.— [*One membranc, in good condition*]."

[Q. R. Ancient Miscellanea, $\frac{1 \cdot 8 \cdot 8}{3 \cdot 8}$.]

Henricus Rex seisiuit Manerium de Blemondesburye pro forisfactura quam Thomas Viel Ciuis Londonie fecit, Et idem Manerium dedit, sextodecimo die Octobris anno regni sui quadragesimo Nono, Willielmo Belet; Tenendum sibi et heredibus suis de ipso Rege et heredibus suis imperpetuum.

Postmodum, per licenciam Regis Edwardi Aui Regis nunc, Idem Willelmus Belet dedit terras et tenementa predicta Ricardo de Gloucestre et heredibus suis; tenenda de ipso Rege et heredibus suis.

Et idem Ricardus de Gloucestre recognouit per finem predicta terras et tenementa esse jus Willelmi de Wykkelwode, Et pro hac recognicione etc., Idem Willelmus concessit tenementa predicta Ricardo de Gloucestre predicto et Juliane vxori sue in feodo talliato, Ita tamen quod si obierint sine herede de corpore etc., rectis heredibus dicte Juliane remanerent; Inter quos ex[i]tus non fuit.

Et tunc eadem terre et tenementa liberata fuerunt executoribus Walteri Waldeshef, virtute cuiusdam statuti mercatorii, per dictum Ricardum Gloucestre eidem Waltero facti. Et ipsi executores statum suum concesserunt Willielmo Pykot de London, *Orfeure*; In cuius possessione dicti Ricardus et Juliana vxor eius relaxauerunt per finem sine licencia. Et postea dictus Willielmus Pykot super hoc perquisiuit per donacionem de Rege.

[1] *Minutes of Evidence in Mar Peerage Case*, p. 724.
[2] *Acts of Parliaments of Scotland*, i, p. 216.

Qui quidem Willielmus Pikot feofauit Rogerum de Bedefelde et Matildam vxorem eius et Nicholaum filium eorundem de terris etc.; Habendis sibi et heredibus suis; et hoc per licenciam domini Regis. Et super hoc Gracianus Palmere et Juliana vxor eius, que fuit vxor Ricardi de Gloucestre, predicta remiserunt per finem predictis Rogero et Matilde et Nicholao et heredibus ipsius Rogeri.

Et dictus Nicholaus superuixit Rogerum et Matildam, et obiit inde seisitus, post cuius mortem intrauit Alicia, soror et heres dicti Nicholai, que desponsata fuit Johanni Paddeburye, quorum statum Nicholaus de Exton' perquisiuit, cum licencia domini et per finem.

Ac eciam dictus Nicholaus perquisiuit de eisdem Johanne et Alicia reuercionem quindecim acrarum prati et dimidii apud Leyton in Comitatu Essex, quod quidem pratum Elena, que fuit vxor Johannis Hatefelde, tenet ad terminum duodecim annorum.

Similiter perquisiuit de eisdem reuercionem vnius Mesuagii et quinquaginta trium acrarum terre in Kentyshston', que Petrus Turke et Juliana vxor eius tenent ad terminum vite eorum, non de tenura domini Regis sed domine Johanne ffierers.

Owl.